p. 365.



Epitaphium Io. Frobenii
per Eras. Rot.

Arida Ioannis tegit hic lapis oſsa Frobeni
Orbe viret toto nescia fama mori.
Moribus hanc niveis meruit studiisq; iuvandis
Quæ nunc mæsta iacent orba parente suo.
Rettulit, ornavit veterum monumenta sophorum
Arte, manu, curis aere, favore, fide.
Huic vitam in coelis date numina iusta perennem,
per nos in terris, fama perennis erit.

— Officinae Frobenianae faveamus. quæ non solum non ceſsabit ob heri sui deceſsum, sed summa vi adnitetur, ut quod ille instituit semper in maius meliusq; provehatur.

© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig
Niedersächsisches Ministerium für Wissenschaft und Kultur
© HAUM http://kk.haum-bs.de/?id=p-slg-ab3-1272